Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308482-p0001-7

Sbd

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

VIRVM

NOBILISSIMVM ATQVE DOCTISSIMVM

CHRISTIANVM CHRISTOPH. TRAVGOTT NEVBAVERVM

MEGAPOLITANVM,

SANCTIORIS DISCIPLINAE CVLTOREM

STVDIOSISSIMVM

ET SODALEM QVONDAM SVVM

DIE XX. IANVARII MENSIS

ANNI A SOTERE NATO ∞IↃCCLIII

FEBRI CONFECTVM

DOLENT

CONVICTORES DEFVNCTI

C. G. Boeckh. Nordlinga-Sueuus, Sacr. litt. cult.
M. G. Braunhardt, Altenb. Saxo. S. L. C.
I. F. E. Eccardt, Iſenac. S. L. C.
C. T. Eccardt. Baada-Durlac. LL. C.
C. G. Hemberger, Baada-Durlac. S. L. C.
E. G. Hempel, Altenburg. Saxo, LL. C.
C. L. Iapel, Electoral. Saxo. S. L. C. et ſoc. lat. Ien. coll.
I. Th. Iohn, Electoral. Saxo S. L. C.
I. G. Leibniz. Vinarienſis. LL. C,
C. V. Moeller, Arnſtadienſis. S. L. C.
C. H. Mueller, Wenigenauma-Variſcus, S, L. C. et deſignatus ſoc. lat. Ien. colleg.
F. G. H. Roth, Iſenacenſis. LL. C.
I. M. Sartorius, Decia-Naſſov. S. L. C.
I. F. Schoepperlin. Nordlinga-Sueuus. S. L. C. et ſoc. lat. Ien. colleg.
I. L. Stengel. Gothanus. LL. C.
A. F. L. Wolff. Saxo. S. L. C.

IENAE

LITTERIS SCHILLIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308482-p0003-8

QVEM ſequeris, IVVENIS, nimium cito morte
peremtum?
Quosue fugis trepidantibus alis?
Exſoluenda ſuis luteo cum corpore vinclis
Mens TVA colluctata triumphat.
Quin placet emenſo demum currenda ſenectae
Aequora, fatali ordine obire?
Nil iucunda mouent aetatis tempora primae?
Nil ſocii poſcentia vota?
Nil deſiderium noſtrum? lacrumaeque PARENTVM?
Extenſaeque ad ſidera palmae?

SED pia mens ſuperis inhians conſeſſibus iſta
Collapſura mapalia ſpernit.
Imminet aeternis caelo dignata triumphis
Mens TVA: quae victoria tanta eſt?
Non capiunt homines illuſtria tanta tropaea
Morbis funeribusque patentes.
At tanto maior TIBI gloria: vincere morte
Non dubitas ex morte Goëlis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308482-p0004-4

AT quantum noſtros animos adfligis, AMICE,
Quamque latens coquit ilia cura?
Quin ignis caecus proſtratos ambedit artus
Per corpus miſerabile ſerpens.

SCIMVS et ereptum nobis ploramus AMICVM;
Alternis at plura dolemus.
Ambigimus, mortemne magis ploremus, AMICE,
An raptam TIBI morte iuuentam?
Anne et amicitiae ſanctisſima foedera noſtrae?
An doctae ſufflamina mentis?
Cogitat iſta dolor triſti ſub pectore verſans,
Et noctes producit ineptas.
Sol vbi caeruleis exſurgit candidus vndis,
Nos moeſtos ex morte tuetur.
Siue ſupinus equi domitor deflexit habenas,
Deſerit hoc ſqualore moratos.
Quae quondam nobis fuerant conuiuia curae,
Spernuntur, moriente SODALI.
Attonitis ſimiles plateis palantur, amoris
Haud TIBI ſat tribuiſſe queruntur.
Ceu, ſi miſcuerint vinis aconita nouercae
Fidentem perdentia natum;
Mox varias pungunt iterum crudelia fata,
Vt cupiant reuocare peremtum:
Sic et amicorum mens quamuis conſcia recti
Poſtquam TE mala fata tulerunt,
Diſplicet ipſa ſibi, et, ne ſit ſibi cauſſa doloris
Et mortis TIBI cauſſa, veretur.

NEVBAVERE, aetate TVA formoſus et ore
Occidis, et TE cum ipſa voluptas.
O IVVENIS, liceat pro TE nos fundere vitam,
Et noſtra TIBI morte mederi!

SED ridet ſummum numen mortalia vota,
Vota ſuis ſtudiis peritura.
Eripit inuitis manibus TE morte SODALEM,
Quam metuit vix vllus AMICO.
Corporis integritas, robur, quin ipſa iuuentus
Nos acuunt in ſpes; at inanes.
Nimirum vt grauiore cadat fiducia lapſu,
Atque animis dolor acrior adſit.

EST hominis ratio iudex corrupta tuarum,
O iudex aequisſime, rerum.
Effugit hanc aciem mentis diuina voluntas
Imperueſtigabilis omni.
Aufert a nobis SOCIVM; ſed mortis et aufert
A metuendis febribus ILLVM.
Non tenet HVNC morbus; nec ſpicula mortis acuta
Sentiet ILLE ſemel defunctus.
Numinis at vero pectus completus amore
Caelitibus miſcetur AMICVS.
Tendis, NEVBAVERE, TVOS ad carmina neruos
Et reſonat laus vndique Iouae.
Ergo nec admittunt TVA gaudia tanta dolorem,
Inuidiamque haec tempora poſcunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308482-p0006-5
DFG

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

Sb.

YD17

R.410

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308482-p0007-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308482-p0008-6

VIRVM

NOBILISSIMVM ATQVE DOCTISSIMVM

CHRISTIANVM CHRISTOPH. TRAVGOTT NEVBAVERVM

MEGAPOLITANVM,

…S DISCIPLINAE CVLTOREM

…VDIOSISSIMVM

…LEM QVONDAM SVVM

…DIE XX. IANVARII MENSIS

… A SOTERE NATO ∞IↃCCLIII

…I CONFECTVM

DOLENT

…VICTORES DEFVNCTI

… *Sacr. litt. cult.*	*C. V. Moeller, Arnſtadienſis. S. L. C.*
… *o. S. L. C.*	*C. H. Mueller, Wenigenauma-Variſcus, S, L. C. et deſignatus ſoc. lat. Ien. colleg.*
… *LL. C.*	*F. G. H. Roth, Iſenacenſis. LL. C.*
… *c. S. L. C.*	*I. M. Sartorius, Decia-Naſſov. S. L. C.*
… *LL. C.*	*I. F. Schoepperlin. Nordlinga-Sueuus. S. L. C. et ſoc. lat. Ien. colleg.*
… *. et ſoc. lat. Ien. coll.*	
… *. C.*	*I. L. Stengel. Gothanus. LL. C.*
… *C.*	*A. F. L. Wolff. Saxo. S. L. C.*

IENAE

…TERIS SCHILLIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308482-p0009-5